ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Amplissime Dn. Collega et affinis char^mo

Etsi paucis diebus cum Graphiario nro
commoditatem ad te scribendi habebo,
qua etiam utar, tamen cum mihi Joh.
Fridr. Neverus repentinam profectionem
suam indicasset, neq hanc occasionem meae
erga te observantiae negligere volui. De Gesto:
ris officio non est quod desiderium nrum negotium
tibi faceat. Si principi constitutum esto
munere nominem ex Consiliariis beare, agat
ut lubet. Quo autem hoc consilio instituit
nescio. parum humaniter quidem scio: et an
vero judicio plane dubito. suspicor aliquid
mysterii subesse. Ceterum totum hoc
conniventia nosti. Obsequendum uxori fuit,
quae me valde stimulavit ut Quaestoris munus
ambirem. Ejus sane poteri, aliquis fructus
esse potest. ceteroqui non magna jactura si
quis bene subducat quantum ad principis sui
commodum et gratiam opus est. Totum negoti:

um tui arbitrii facio. Dn. Knuijtius heri traiecit in Zelandiam. Is incoepit jus amicitiae violare cum Brouartio, palam, in consessu nostro professus, se noluisse defuncti sordib. misceri. et id est quod suspectum omne negotium facit. Agebatur autem de jure Admiralitatis a Principi composit. Istas rationes subducere omnes Principis erit. Hoc negotium commissum erat Dn. Braumonto & Quaestori defunct. De illis rationib. amplius tecum agerem nisi hoc esset tius

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 14
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1212

occupationib. obstrepere meis relinquibus. Vale
meum decus et me in tuis cultorib. aliquo loco
esse patere. Properabam 22 Aug. 1635. Hagae

Tuus
D. de Wilhem

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 14
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1212

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 14
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1212

Myn Heer

Myn Heer van Zulicum
Ridder Raet en Secretaris
van syn Ex^cie.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 14
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1212